Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Hec

dicit dnus Hec dicit dnus exercituum Adhuc erit locus iste desertus absque
homine et absque iumento et in omnibus ciuitatibus eius habitaculum pastorum
habitantium greges. In omnibus montanis et in omnibus campestribus
et in omnibus que ad austrum sunt et in terra beniamin et in circuitu ie
rusalem et in ciuitatibus iuda adhuc transibunt greges ad manum numerantis
ait dnus Ecce dies venient ait dnus et suscitabo uerbum bonum quod locu
tus sum ad israhel et ad domum iuda In diebus illis et in tempore illo
germinare faciam dauid germen iustitie et faciet iudicium et iusti
tiam in terra In diebus illis saluabitur iuda et israhel habitabit in
fiducia et hoc est nomen quod vocabunt eum dnus iustus nostr. qui hi dicit
dnus Non interibit de dauid vir qui sedeat super thronum domus israhel
et de sacerdotibus et de leuitis non interibit vir a facie mea qui
offerat holocaustomata et incendat sacrificia et occidat victimas omni
bus diebus. Et factum est uerbum dni ad ieremiam dicens hi dicit dnus
Si irritum potueritis facere pactum meum in nocte et die ut non sit dies et nox
in tempore suo et pactum meum irritum esse potest cum dauid seruo meo
ut non sit ei filius qui regnet in throno eius et leuitis et sacerdo
tibus ministris meis Sicut exercitus non possunt numerari celi et metiri
arena maris sic multiplicabo semen dauid serui mei et leuitas
ministrantes mihi. Et factum est uerbum dni ad ieremiam dicens Nonne
uidisti quid populus hic locutus sit dicens Due cognationes quas
elegerat dnus abiecerunt et populum meum despexerunt eo quod non sit
ulla gens coram eis hi dicit dnus Si pactum meum non die et
noctem et leges celi et terre non posui Equidem et semen iacob
et dauid serui mei iniciam ut non assumam de semine eius principes
semine abraham ysaack et iacob reducam enim conuersionem eorum
et miserebor eis Sequitur capitulum xxxiiii.

XXXIIII

Verbum quod factum est ad ieremiam a dno qui Nabuchodo
nosor rex babilonis et omnis exercitus eius omnis terra quam
tenebat manus eius et omnes populi
bellabant contra ierusalem et contra urbes eius dicens hi dicit dnus
deus israhel. Vade et loquere ad sedechiam regem iuda et
dices ad eum hi dicit dnus Ecce ego tradam ciuitatem hanc in
manu regis babilonis et succendet eam igni et tu non